

131.
recepit auditum. & quibusdam diuina illi mo-
dulis carnalibus vox resulat. vel audit id quod
ignorat. Quo in rebus humanis. scientiam plerūq;
auditus operatur; & tamen nec ipsis hominibus.
semper alloquium corporale. aut carnalis audi-
tus est; Qui enim loquitur. linguis. non hominib.
inquit loquitur. sed dō; Nemo enim audit; spū
autem loquitur. mysteria. Ergo si in hominibus
non semper auditus est corporalis. in dō tu infir-
mitatis humane sonitus. & quedam organa exi-
gis carnalis auditus. cum ideo audire dicatur.
ut scire credatur. Nos enim id scimus quid
audierimus. & ante audimus. ut scire possimus.
In dō autem quia nouit omnia. antequa fiant.
scientia precedit auditum. Itaque ut quod uelit
pater. filium non ignorare dicamus. audisse memo-
ramus. Sed non in dō sonus. neque sillaba. que sig-
nificare solent indicium voluntatis. sed uoluntatis
unitas. diuinis quidem intellegitur. arcanis.
nostris autem significatur. indicis. Quid est er-
go. non enim a se loquitur. hoc est. non sine me